



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 73. Dissidium inter Castellæ & Lusitaniæ Reges de novi orbis Imperio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. LXXIII.

Sæcul. XV.
A.C. 1493.*Diffidium inter Castellæ & Lusitaniæ
Reges de novi orbis Imperio.*

Nec etiam cetera summi Pontificis monita majori fidelitate adimplebantur; quippe Lusitani inventas a Columbo terras ad se spectare contendebant, id juris sibi ab Eugenio IV. concessum fuisse affirmantes, negabant Castellani, novissimæ Alexandri VI. Bullæ innixi. Frequens utrinque hac super re celebratur conventus, novæ constituuntur lineæ, tandem etiam manus nonnunquam conferuntur; ast Lusitaniæ Rex demum cedere coactus est, Sedis Apostolicæ indignationem veritus; cum enim Alexander Papa novi orbis imperium Regibus Catholicis recens donasset, suæ auctoritatis intererat, prætensam donationem tueri. Ceterum Ferdinandus unice eo curas intendit, ut ad novas hasce terras viros apostolicos destinaret, testaturque Raynaldus, omnium primum ad incultam hanc Domini vineam missum fuisse Bernardum Boil ordinis Minorum genere Catalanum unacum duodecim Sacerdotibus, quibus ipse præerat, extantque Pontificis literæ, die vigesima quarta Junii hujus anni datæ, quibus amplissimum Apostolatus officium illi impositum est.

*Genebrard.
in Chron. sub
Alex. VI.**Gonsal. Fer.
hist. gen. No-
vi Orb. l. 2.
c. 8.**Raynald. hoc
an. n. 24.**P. Alex. hist.
Eccl. tom. 1.
Sæcul. XV.
de Alex. VI.*

§. LXXIV.